Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uideret. Cum enim sepe mecum ageres ut
de amicitia scriberem aliquid. digna michi
res tum omnium cognitione tum nostra
familiaritate uisa est. Ita feci non inui-
tus ut prodessem multis tuo rogatu.
Sed ut in Catone maiore feci qui est scrip
tus ad te de senectute Catonem senem
induxi disputantem. quia nulla uide-
batur aptior persona que de illa loqueretur
etate quam eius qui et diutissime senex fuis
set [margin: et in ipsa senectute pre ceteris floruisset] Sic cum accepissemus a patribus
maxime memorabilem C. Lelii & P. Sci
pionis familiaritatem fuisse: ydonea mi
chi lelii persona uisa est. que de amici
tia ea ipsa dissereret. que disputata ab
eo meminisset Scevola magister meus
Genus autem hoc sermonum positum in
hominum ueterum autoritate et eorum
illustrium plus nescio quo pacto uide-
tur habere grauitatis. Itaque mea ipse
legens sic afficior interdum ut Catonem
non me loqui existimem. Sed ut tum